

fuitque pax inter regnum & sacerdotium non  
multo tamen tempore.

Cap. 15.

Post hoc Henricus filius Godeschalci rever-  
sus de Dacia perchussit Oldenburg et omnem  
terram maritimam Sclavorum ablata infinita  
paxa primo, secundo et tertio et factus est timor  
maximus Sclavis. Postea Ritoni invitato, Danus  
quidam securi caput abstulit ei uno ictu jam senio  
confecto et Henricus sibi uxorem Ritonis Sclavam  
matrimonio conjunxit et hereditatem paternam  
recuperavit. Et latati sunt universi Nordalbingi  
coepitque fides resuscitari. Nam in universa  
Sclavia nec sacerdos erat nec ecclesia nisi in urbe  
tantum qua nunc vetus Lubeca dicitur eo quod  
Henricus Imperator ibi sepius cum sua mora  
retur familia. Postmodum Dani de quibus  
supra cap. 5. navigio ascendentes per Trabenam na-  
vibus obsederunt urbem Lubecam in qua erat  
Henricus Godeschalci filius volentes usurpare  
totam terram Wagirorum et Nordalbingorum  
dominationis libidine provocati nam gentes  
quas armis subegerant sano suo consuales facie-  
bant. Exiit igitur Henricus de urbe pro auxilio  
nocte cum duobus servis, sua militia magistro  
commendans urbem usque in quartum diem  
reversusque cum Holatis ascendens de ora  
Trabens innumerum populum Danorum

trucidavit